



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum Præsentationis B. V. Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

nocentia ejus tanta fuit, ut sibi non me-
tueret de examine vitæ suæ etiam à
Diabolo: *Nil in me funestè reperies.*
II. *Zelus amoris ejus tam ardens, ut ne*
de Salute sua timeret in procurando
diutius animarum negotio: Si adhuc
populo tuo sum necessarius, non recuso la-
bozem. III. *Humilitas cordis tam pro-*
funda, ut nec reformidaret Officij E-
piscopalis dignitatem ac honorem:
Non formidabat imperij Principatum. In
quibus, modò memoratis, etiam inrer
sanctos vix reperies Martino nostro
similes, *Durand. in Character. San-*
ctor.



FESTUM
PRÆSENTA-
TIONIS
B. V. MARIE.

THESIS I. *Deo dignas Oblationes Tempus*
offer. Eccl. 14. v. 11. Tempus Deo ser-
L 4 *Di-* *viendi.*

Divino Obsequio se consecrandi aptis-
simum & convenientissimum est
Tempus *Juventutis*, & non tempus *Senectutis*. II. Tempus *Sanitatis*, & non
tempus *Morbi*. III. Tempus *Hibernum*, & non tempus *Craftinum*.
Wespin Dom. 1. post Epiph. part. 1.

Incrementum virginitatis.

THESIS II. *Crescebat, & confortabatur Spiritu.* Luc. I. v. 80. Secundum Evangelij voces hæc etiam *Petula* crescebat, proficiebat sapientiâ, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. *Isidorus Tessalonic. Orat. de Præparatione Virg.*

Servi omnes B. V.

THESIS III. *Servi ejus servi illi.* Apoc. 22. v. 3. Festum, quo præsentavit Virgo, est festum, quo præsentemur Virgini: quippe cum quatuor titulis servi sumus hujus Sacratissimæ Virginis, scilicet titulo *Naturæ*, *Donationis*, *Redemptionis*, *Gratiæ*. I. Titulo *Naturæ*, cum sit Mater Dei Authoris *Naturæ*, & sic Domina omnium creaturarum, cui utique debetur Obsequium, cum teneat cum Filio *Naturæ* imperium. II. Titulo *Donationis*, cum, teste S. Epiphanio, Ma-

MARIA Bonorum Antenuptialium nomine Spiritum Sanctum accipit, Dotis verò Cœlum & Terram. Verè facta es Domina omnium creaturarum, cùm Conditoris effecta es Mater. S. Joan. Damasc. III. Titulo Redemptionis, cùm cooperata fuerit ad nostram Redemptionem. Fuit Dominus cum ea, & ipsa cum Domino in eodem opere Redemptionis. Mater misericordiarum adjuvit in opere nostræ Salutis. Richard. l. 1. de Virg. Non necessitate, sed voluntate Christi. IV. Titulo Gratiæ, cùm sine fine eas nobis conferat, & beneficijs cumulet; Beata MARIA, quis valeat tibi jura gratiarum ac laudum præconia rependere? S. Aug. serm. de Annunc. Et si Tobias Angelo Benefactori suo dixit: Si me ipsum tradam tibi in Servum, non ero condignus providentiæ tuæ. Tob. 9. Quantò magis nos id dicere poterimus ad Beatissimam Virginem? *Auriemma* part. 1. c. 24.

THESIS IV. Placuit Oblatio. Gen. Sacrificiū
34. v. 18. MARIA se obtulit Deo I. B. V.
A teneris annis. II. Se obtulit in-
tegrè, absque divisione. III. Se obtu-
lit

lit in perpetuum & irrevocabiles,
Bretteville.

Occupatio in templo. THESIS V. *Non discedebat de templo.* Luc. 2. v. 37. MARIA in Templo I. Patriarcharum desideria consummat. II. Iram Dei mitigat. III. Verbi Incarnationem accelerat.

THESIS VI. *Non discedebat de templo, jejunijs & obsecrationibus servans nocte ac die.* Luc. 2. v. 37. MARIA Deum in templo continuè glorificat. I. Mentis cogitatione. II. Cordis dilectione. III. Oris laudatione.

Vota B. V. THESIS VII. *Reddam vota mea, quæ vovi Domino.* 2. Reg. 15. v. 7. MARIA in templo fecit votum Castitatis, Obedientiæ & Paupertatis. I. Fecit *Votum Virginitatis*, quando se Deo consecravit, & quidem tam perfectum, quale nullus alius. II. Fecit *Votum Obedientiæ*, intra manus Sacerdotis magni seu Pontificis, cujus Ordinationibus se submitit omni humilitate. III. Fecit *Votum Paupertatis*, quando ibi omni se jure Paternæ domûs, ac facultatum abdicavit verè paupertate Evangelica. Durand. in Charact. Sanctor.

THE

THESIS VIII. Retrahebant ho- *Impedien-*
mines à Sacrificio Dei, 1. Reg. 2. v. 17. *tes à bono.*
Cor, quod Deus attrahit, homo ne re-
trahat; nam I. Deum sibi adversa-
rium experietur. II. Deo honorem
subtrahit. III. Reum se ruinæ alte-
rius constituit. IV. Suamque damna-
tionis pœnam duplicat. Advvertant
hoc parentes, omnésque alij, qui à Ser-
vitio Dei animas impediunt; *Peccatum*
puerorum erat grande nimis, eò, quòd re-
trahebant homines à Servitio Dei.

THESIS IX. Per singulos gradus *Excellenti-*
meos pronuntiabo illum, & quasi Principi *as B. V.*
offeram. Job. 31. v. 37. Quinde-
cim gradus erant, per quos ad portam
Templi ascendebat Triennis Puella
Virgo Sanctissima, per quos S. Antoni-
nus p. 4. tr. 15. c. 6. §. 2. significari
voluit, eiusdem elevationem supra om-
nes gradus Angelorum, & hominum,
per novem gradus intelligendo novem
Angelorum choros, & per sex reliquos
diversos Sanctorum Status scilicet Pa-
triarcharum, Prophetarum, Apostolo-
rum, Martyrum, Confessorum, & Vir-
ginum. Josephus Saliceti in Mariali
Theo-

Theorico & Practico. Tu supergræsa
es universas.

Sacrificiū
B. V.


THESIS X. *Obsequij mei oblatio
accepta fiat in Jerusalem.* Rom. 15. v.
31. MARIA offeritur à Parentibus, &
à Semetipsa. Consideremus I. Pietatem,
& devotionem Parentum MARIE,
qui eam offerunt. II. Zelum
& Amorem MARIE, quæ seipsam
Deo offert. *La Selve tom. 4. de Sacra-
mentis.*

THESIS XI. *Inferent oblationem
in Domum Domini.* Jerem. 17. v. 26.
Ob quinque rationes Oblatio Virginis
hodie in templo facta est: I. Ad gloriam
Dei: II. Ad Bonum Virginis:
III. Ad Bonum Parentum: IV. Ad
Bonum Parthenonis Hierosolymitani:
V. Ad Bonum Posteritatis. *Vide Fal-
lonium in Indice Concionat. fol. 95. col.
2.*

Perfecta
donatio.

THESIS XII. *Placuit oblatio.*
Gen. 34. v. 18. O quanta differen-
tia inter oblationem Virginis & no-
stram Deo factam! I. Nos non nisi
medium Cor, seu partem cordis damus
Deo. II. Nos non nisi serò, & post
lon-

longam dilationem temporis illud offerimus. III. Nos non nisi ægrè, & quasi dolenter id facimus. IV. Nos non nisi ad aliquod tempus Deo donamus. V. Nos ferè eo, quo offerimus, tempore, illud retrahimus. Non ita B. Virgo, quæ & omnia Deo donavit, & hoc adhuc trimula, & liberè absque coactione, & in perpetuum concepto voto. *Crasset in Confid. hoc Festo. Quid mirum: Placuit oblatio. Gen. 34. v. 18.*



FESTUM
S. CATHARINÆ
Virg. & Mart.

THESIS I. *Hæc est Virgo. Eccles. Laus.*
in Brev. Sancta Catharina est
I. *Virgo pura*, cujus Virginitas de Tyranno triumphavit. II. *Filia Sapiens*, cujus Scientia Philosophorum ratiocinationes superavit. III. *Martyr JESU Christi*, cujus Martyrium crudelitatem carnificum vicit.

THE-